

## XXXI.

P. P. VERGERIO A COLUCCIO SALUTATI<sup>(a)(1)</sup>.

[B, c. 65; P, c. 63; G, c. 118].

Padova,  
febbraio (?) 1391.

Il ricordo dei colloqui avuti col suo buon padre è ora per lui assente motivo di tristezza.

La somma bontà e la somma dottrina del Salutati gli furono tanto utili

nel breve tempo che l'ebbe vicino; e ora senza di lui si sente sperduto

PATER optime, cum in mentem venit quam iocundos sermones  
 quamque letos dies agere tecum solitum sim<sup>(b)</sup>, moleste fero 5  
 quod a te nunc absim, sine quo nulla michi vita suavis esse potest.  
 cum enim ita de rebus meis instituerim ut, obstrepente quantum-  
 libet fortuna, que semper salubribus consiliis adversam se ponit,  
 distrahentibusque ceteris, ipse in bene vivendi arcem me conferam,  
 tu solus michi potens visus es, qui tute pavidum oberrantemque 10  
 in hunc beatum locum induceres. cui enim liberius fidentiusve  
 commisurus me essem, aut quis fidelius de hac re consulere pru-  
 dentiusque admonere posset, quam is qui idem et summe bonus  
 et summe doctus vir esset? te itaque ducem, te preceptorem  
 vite mee et mearum rerum constitui, cuius ductu et auspiciis evum 15  
 hoc, quantulumcunque<sup>(c)</sup> futurum est, inoffensus transigam. quam-  
 obrem magno michi beneficio nature datum arbitror quod, te vi-  
 vente, qui princeps philosophorum huius seculi es, nasci michi  
 contigit<sup>(d)</sup>. si postremo et id unquam fortuna concederet, quod  
 apud te viverem, cuius monitis et exemplo vite, cernentibus ocu- 20  
 lis<sup>(e)</sup>, quotidie memet maior meliorque fierem! sentio plane quan-  
 tum in virtute proiecerim, te auctore, per id pauculum temporis,  
 quo et videre et audire te licuit, cum ad precepta tua velut ad  
 abundantissimum fontem sitibundus venirem<sup>(f)</sup>. nunc quantum

(a) B P. P. V. Colutio Pieri de Salutatis s. d. P Elusdem ad Colutium de Salutatis  
 Florentinorum (b) P solitus sum (c) P quantumcunque (d) Codd. contingit  
 (e) P ocellis (f) P venerim

(1) Che questa lettera sia anteriore alla XXXII, benché il NOVATI (*Epistolario* cit., vol. II, p. 278) asserisca il contrario, pare probabile dalle parole del V., «nunquam dedisti quod lege-rem», sicché la frase del Salutati, «tu ipse mihi occupationum mearum testis», sarebbe una citazione dalla

presente, e non viceversa. Quando ciò non fosse, bisognerebbe collocare qui la lettera del Salutati e mettere la presente dopo l'epist. XXXIII. Crediamo pertanto la presente scritta tra gennaio e marzo del 1391; se invece si conserva la data del 18 agosto 1391, le epistole XXXII e XXXIII saranno del 1392.